

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fasciculus 7.

Pagine 341-374.

Proprium de tempore.  
In die sancti Stephani.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published January 1 2008.

Revised July 2008, October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.



¶*In die sancti Stephani.*

*Ad matutinas.*


AS:56; 1519:64r; 1531:32r.<sup>1</sup>

1048. **Invit.**  
IV.i.; IV.v.

Hris-tum na-tum \* qui be- á-tum hó-di- e  
co-ro- ná-vit Stépha-num. †Ve-ní- te a- do-ré- mus.

*Ps. Ve-ní-te. 24\*.*

[*Hic sequens cantus dicatur in octava die si dominica non fuerit super hunc psalmum.*]<sup>2</sup>



*Ps. Ve-ní- te. 13\*.*

In die sancti Stephani.

1519:64r.

Hymn.

I.



Artyr De- i qui ú-ni- cum. [682].

*In j. nocturno.*

AS:56; 1519:64r; 1531:32r.<sup>3</sup>

1. Ant.

I.v.



E- á-tus \* Stépha-nus ju-gi le-gis De- i me-di-ta-ti-

1665.0

óne robo-rá-tus : tanquam lignum fructí-fe-rum se-cus sa-lu-

tá-ri- um aquá- rum plantá-tum de-cúrsus fructum marty-ri-

i in témpo-re su-o de-dit primus. Ps. Beátus vir. (j.). [12].

AS:56; 1519:64v; 1531:32r.<sup>4</sup>

2. Ant.

II.i.



Onsti-tú-tus \* a De- o pre-di-cá-tor pre-ceptó-rum

1903.

In die sancti Stephani.

e-jus in timó-re sancto il-li serví-re stú-du- it : of-fi-ci-  
óque fi-dé-li-ter pe-rác-to in monte sancto e-jus ascén-  
de-re dignus fu-it. *Ps. Quare fremuerunt. (ij.)* [12].

AS:56; 1519:64v; 1531:32r.<sup>5</sup>

3. Ant. III.i.

3298.  N tri-bu-la-ti-óne \* lá-pi-dum se preménti- um  
pó-si-tus mí-li-a pópu-li se circundántis non tímu-it :  
qui-a susceptó-rem su-um Je-sum ut e-um salvum fá-ce-ret,  
ex-úrge-re in ce-lo vi-dit. *Ps. Dómine quid multiplicáti. (ij.).*  
[13].

*ꝝ. Glória et honóre. [687].*

*Lectio j. Ex sermone 4. beati Fulgentii episcopi.<sup>6</sup>*

**Q**ui celebrávimus temporalementem sempitérni Regis nostri natálem : hódie celebrámus triumphálem mítitis passionem. Heri enim Rex noster trábea carnis indútus, de aula Virginális úteri egrédiens, visitáre dignátus est mundum : hódie miles de tabernáculo cörperis éxiens, triumphátor migrávit ad celum. Ille sempiterne deitatis majestáte serváta, servíle cinctórium carnis assúmens, in hujus séculi campum pugnatúrus intrávit : iste depósitus corruptibiliis cörperis indumentis, ad celi palátium peréniter regnatúrus ascéndit. Ille

descéndit carne velátus : iste ascéndit sanguine laureátus. Ascéndit iste lapidántibus Judéis : quia ille descéndit letántibus ángelis. Glória in excélsis Deo heri exultantes sancti ángeli cantavérunt : hódie Stéphanum letantes in suum consórtium suscéperunt. Heri Dóminus exívit de útero Vírginis : hódie miles egréssus est de ergástulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis est involútus : hódie Stéphanus stola est ab eo immortalitatis indútus. Heri presépis angústia Christum portávit infántem : hódie imménsitas celi suscécit Stéphanum triumphántem.

AS:57; 1519:64v; 1531:32r.<sup>7</sup>

1. Resp.

VII.




Estérna di- e \* Dó- mi- nus na-tus est in ter-

6810.

ris :

ut Sté- pha-nus nasce-ré- tur in ce- lis.



Ingrés-sus est Dómi-nus mun-dum. † Ut Sté- pha-nus

In die sancti Stephani.

6810b.

ingre-de-ré- tur in ce- lum. *XV.* He- ri e-nim  
 Rex noster trá-be-a car-nis indú-tus de au-la ú-te-ri  
 Virgi-ná-lis egré-di- ens : vi- si-tá-re digná- tus est  
 mun- dum. †Ut Sté- pha-nus.

*Lectio secunda.*

**S**olus descendit Dominus ut multos elevaret : humiliavit se Rex noster, ut suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo Virginis preparavit uterum : ipse martyri suo aperire dignatus est celum. Dominus Jesus Christus angustias intrare non dedignatus est uterum : ut animam Stephani latitudo susciperet celi. Necessarium tamen nobis est fratres agnoscere, quibus armis precinctus Stephanus seviciam Judeorum potuit superare : ut ita meruisse feliciter triumphare. Neque enim parvipendenda sunt : talis virtus, talisque triumphus. Haud vero vilibus armis potuit premuniri : qui a multis non potuit superari.

Invictus namque in eo enituit insigne virtutis indicium : que nec frementium seviciam formidavit, nec lapidantium ictibus devicta succubuit. Usque adeo enim inter frementes permansit imperterritus, et inter lapidantium erat cruciamenta securus : ut incredulitatem Judeorum fidenter argueret, et benignus pro lapidantibus exoraret. Quod ergo est tam magnum atque insuperabile genus armorum, [32v.] quo munitus sevientes argueret, lapidantes non reperiientes, sed patiens superaret, insuper et occisus aulam celestis regni vivus et coronatus intraret ? Proculdubio munimine regio septus : nullatenus est ab adversariis

In die sancti Stephani.

superátus. Quóniam Rex noster cum  
sit altíssimus pro nobis húmilius venit : | sed inánis veníre non pótuit.

AS:57; 1519:65r; 1531:32v.<sup>8</sup>

2. Resp.

IV.

**N**I-dé-bant \* omnes Stépha-num qui e-rant in  
con- sí-li- o. †Et intu- e-bántur vul- tum e- jus tan-  
quam vultum ánge- li stan-tis inter il- los. // Stépha-  
nus ple-nus grá-ti- a et forti- tú-di- ne : fa-ci-  
é-bat pro-dí-gi- a et signa magna in pó- pu- lo.  
†Et intu- e-bántur.

*Lectio iii.*

**A**Agnum quippe donatívum suis  
milítibus áttulit : quo eos non  
solum copióse ditávit : sed étiam ad  
certándum invictíssime confortávit.  
Attulit namque donum charitatis :

quo perdúceret hómines ad consór-  
tium Deitatis. Quod ergo áttulit,  
erogávit : nec sibi áliquid mínuit, sed  
mirabíliter et suórum fidélium pau-  
pérem ditávit, et indeficiéntibus


thesáuris plenus ipse permánsit. Cháritas ergo que ad terram de celo depósuit Christum : ipsa Stéphanum de terris elevávit ad celum. Cháritas que precéssit in Rege : ipsa subsequénter refúlsit in milite. O admiranda ubíque poténtia Salvatóris : o predicánda indesinénter grátia Redemptóris. Osténdit in Matre virginítatis etérne miráculum : demonstrávit in mártyre invícte charitátis indíctum. Intégritas quippe intemeráta permánsit in Vírgine : dilectionis virtus invicta perseverávit in mártyre. Et sicut in Matre Dómini non pótuit virgíntas violári : sic in mártýris mente, non pótuit Christi cháritas tanto seviéntium ágmine

superári. Stéphanus ergo ut nómínis sui corónam meruísset accípere : charitátem pro armis habébat, et per ipsam ubíque vincébat. Per charitátem Dei, seviéntibus Judéis non cessit : per charitátem próximi, pro lapidántibus intercéssit. Per charitátem arguébat errántes ut corrigeréntur : per charitátem pro lapidántibus orábat ne puniréntur. Charitatis virtúte subníxus vicit Saulum crudéliter seviéntem, et quem hábuit in terra persecutórem : in celo méruit habére consórtem. Ipsa sancta et indeféssa cháritas, desiderábat orando acquirere : quos nequívít moriéndo convértere.


AS:57; 1519:65v; 1531:32v.<sup>9</sup>

3. Resp. I.

6885.  M-pe-tum \* fe-cé- runt u-ná-nimes in e-



um, et e-je-cé-runt e-um extra ci-vi- tá- tem. †Invo-



cán-tem et di-cén- tem. ♫Dómi-ne ácci-pe spí- ri-



In die sancti Stephani.

6885z.

tum me- um. *V. Stépha-nus De-i grá-ti-a ple-nus e-rat,*

Multa in ple-be signa fa-ci- é-bat : Ce-los a-pértos aspi-ci-

e-bat, Je-sum stantem vi-dé-bat A dextris De-i et di-

cé- bat. *¶Dómi-ne. V. Gló-ri-a De-o Pa-tri summo,*

E-júsque so-li si-bi re-gi na-to : Ac utri- úsque Spi-rí-tu-i

Sancto : Si-cut e-rat primo, et nunc et semper et in sé-

cu-la. Amen. *¶Dómi-ne.*

6885y.

[ **¶** Iste versus precedens hac die cantatur in medio chori in superpelliciis a diaconibus ad modum prose ad has matutinas, et ad secundas vesperas ubi diaconi exequantur istam solennitatem.]<sup>10</sup> Alius versus in octava die si dominica fuerit tantum.

In die sancti Stephani.

6885b.

V. Et testes depo-su-é-runt vestiménta su-a se-cus  
pe-des a-do-lescéntis qui vo-ca-bá-tur Sau-lus : et la-pi-  
dá- bant Stépha- num. †Invo-cán-tem.  
V. Glória. 93\*. ‡Dómine.

¶ In ij. Nocturno.

AS:57; 1519:66r; 1531:32v.<sup>11</sup>

4. Ant. IV.i.

3646.

**U**mi-ne \* vultus tu-i Dó-mi-ne insigní-tus  
prothomár-tyr Stépha-nus, sacri-fí-ci- um jus-tí-ci- e se- ípsum  
ti-bi sa-cri-fi- cá-vit : i-de- óque in le-tí-ci- a cordis in  
pa- ce obdórmí- ens requi- éscit. Ps. Cum invocárem. (iv.)  
[i3].

In die sancti Stephani.

AS:58; 1519:66r; 1531:32v.<sup>12</sup>

5. Ant.

V.i.



1713.

Ene-dic-ti- ó-nis \* tu-e Dómi-ne mún-ne-re justi-

fi- cá-tus, et scu-to tu-e pro-tecti- ó-nis in passi- óne

mu-ní-tus, nómí-nis su- i co-ró-nam Stépha-nus a te percí-

pe-re mé-ru- it. Ps. Verba mea. (v.) [14].

AS:58; 1519:66r; SB:cii.<sup>13</sup>

6. Ant.

VI.



4058.

quam admi-rá-bi-le \* est nomen tu- um Dómi-ne

De-us noster : pro quo be- á-tus Stépha-nus passus, gló-ri- a

et honó-re a te est co-ro-ná-tus : et su-per ce-los dono

tu-e magni-fi-cénci- e ex-al- tá-tus. Ps. Dómine Dóminus  
noster. (vij.) [17].

V. Posuísti Dómine super caput ejus. [694].

*Lectio quarta.<sup>14</sup>*

**P**eque enim fratres existimándus est Stéphanus tunc inimícos dilexíssse, cum pro eis oráret : et non tunc multo magis dilexíssse, cum eórum incredulitátem arguéndo corriperet. Absit hoc ab ánima mártiris : ad celi palácium festinántis. Ipsa enim cháritas sancta firmam servávit in oratióne patiéntiam : que rígida tenuit in correptióne censúram. Et ídeo in oratióne audíri méruit lénitas : quia sine charitáte non fuit in correptióne sevéritas. Ac per hoc sive orándo sive corripiéndo, charitátem beátus Stéphanus reservávit : quia utrobíque salútem errántium cogitávit. Et indício sancte oratiónis osténdit, increpatiónem illam non fuísse ódii : sed amóris. Hoc autem fáciens et

preséntibus charitátem beátus martyr exhibuit : et útile nimis exémplum pósteris derelíquit. Demonstrávit étiam<sup>15</sup> géminam ecclesiástice dispensatiónis indústriam : ut ad corrígendum cujúslibet peccántis errórem, et non desit in ore corréptio, et ad [33r.] Deum pro eo supplex effundátur orátio. Ut qui malum facit per increpatiónem de malis opéribus confundáatur : et per oratiónen apud Dóminum adjuvétur. Ac sic ipsa cháritas et in ore justítiā sonet, ut errántem córrigat : et in corde patiéntiam servet, ut pro erránte oratiónen puro afféctu dilectionis effundat. Qui enim errántem non corripúerit : de negligéntia judicátur. Qui autem pro eo non oráverit : de pernície condemnátur.

AS:58; 1519:66v; 1531:33r.<sup>16</sup>


6887. 4. Resp.




VII.

Mpi- i \* su-per jus- tum jactú-ram fe-cé- runt,  
 ut e- um morti trá-de- rent. †At il-le gau-


In die sancti Stephani.




dens suscé- pit lá-pi- des ut me-re-ré-tur accí-pe-




re co-ró- nam gló-ri- e. *V.* Hebre-ó-rum



gens pérfi-da, Morte Chris-ti sanguíne-a, In Stépha-num



ma-lí-vo-la Perfe-cé-runt consí-li- a, Quem occi-dé-runt




néqui-ter La-pi-dándo cru-dé-li-ter. †At il-le.

*Alius versus in octava die si dominica fuerit tantum.*



*V.* Conti-nu-é- runt aures su- as et ímpe-tum fe-cé-



runt u-na-ními- ter in e- um. †At il-le.

*Lectio v.*

**Q**uo circa fratres, si quando  
áliquis pro ánime salúte corrí-  
pitur non aspernánter accípiat mórita

charítatis : nec preséntem tristítiā  
sue voluntáti atténdat, sed consíderet  
que lucra utilitáti acquírat. Idcírco

6887z.

6887b.

enim argúitur : ut a pravis opéribus corrígatur. Nec cum videt correptionem áliqua verbórum austéritatē fervére : exístimet in corde charitátem frigescere. Sic enim vigilet in ore corréptio : ut in corde non dormítet orátio. Ac per hoc in utróque pecánti consúlte prospícitur : ut dum homo corréptus de peccáto confundit, et a malis opéribus separétur, et per oratióne Deo miseránte salvétur. Nam et sancta scriptúra dicit, Quóniam quem díligit Dóminus córripit : flagellat autem omnem filium quem rácipit. Christi ergo charitáte compúlsi, et bonos hortámur ut in bono permáneant : et malos compéllimus

ut a malo discéndant. Presértim quóniam in istis duóbus sanctis géminum nobis monstrátur salútis indíctum : ut si quis bonus est, imítetur persevérántiam charitatis in Stéphano, qui autem malus est, sectétur exémplum conversiónis in Paulo. Et qui bonus est, equitátem usque in finem téneat : qui autem malus est, quantótius a sua perversitatē discédat. Nec bonum hóminem presúmpto justítie fáciat negligéntem : nec malum iniquitas fáciat desperántem. Sed ille bonum fórtiter téneat : iste malum celériter déserat. Bonus tíméat ne cadat : malus conéntur ut surgat.


7072.

5. Resp.

IV.

 A-pi-dá-bant \* Stépha-num      invo-cán-tem et  
 di- cén- tem. †Dómi-ne Je-su Chris- te      ácci-pe spí-ri-  
 tum me-um,      et ne stá-tu- as il- lis      hoc pec-

AS:58; 1519:67r; 1531:33r.<sup>17</sup>



cá-tum. *V.* Pó-si-tis autem gé-ni-bus be- á-tus  
Stépha-nus o- rá-bat di- cens. †Dómi-ne.

7072a.

*Lectio sexta.*

**Q**uisquis ergo malus est cum Paulo prosternátur in malo : ut cum eo erigáatur in bono. Quóniam et ille cécidit malus : et surrexit bonus. Prostrátus est iníquus : et eréctus est justus. Cécidit sevíssimus persecútor : et surrexit verídicus predicátor. Ca-dens lumen córporis ímpius pérdidit : surgens lumen cordis justificátus ac-cépit. Conjúncsus est ítaque Stéphano : factus ovis ex lupo. Et ecce nunc Paulus cum Stéphano letátur, cum Stéphano Christi claritaté perfrúitur : cum Stéphano exultat, cum Stéphano regnat. Quo enim precéssit Stéphanus trucidátus lapídibus Pauli : illuc secútus est Paulus adjútus oratióibus Stéphani. Quam vera vita fratres mei, ubi non Paulus de Stéphani occisióne confundit, sed Stéphanus de Pauli consórto gratulátur : quóniam chári-

tas in utróque letátur. Cháritas quip-pe in Stéphano superávit seviciam Judeórum : cháritas in Paulo coopéravit multitúdinem peccatórum : chá-ritas in utróque regnum páriter mé-ruit possídere celórum. Cháritas est ígitur ómnium fons et órigo bonórum : munímen egrégium, via que dicit ad celum. In charitáte qui ám-bulat : nec erráre póterit nec timére. Ipsa dírigit, ipsa prótegit : ipsa perdúcit. Quo círca fratres, quóniam scalam charitatis constituit Christus, per quam ad celum omnis possit concéndere Christiánus : puram cha-ritátem fórtiter retinéte, ipsam vobis ínvicem exhibéte, et in ea proficiéndo concéndite. Insístite opéribus bonis : ut ad prémia etérra pervenire possítis, adjúti grácia Christi Dómini Salvatóris.

In die sancti Stephani.

AS:59; 1519:57r; 1531:33r.<sup>18</sup>

6. Resp. VII.

7075.  A- pi-des \* torréntes il-li dulces fu- é-  
runt. †Ipsum sequún-tur omnes á- nime jus-te.

7075a.  Mortem e- nim quam Salvá-tor digná-tus est pro ómni-  
bus pa- ti : hanc il-le primus reddí-dit Salva-tó- ri.  
†Ipsum.  Gló-ri- a Pa- tri et Fí-li- o : et Spi- rí-tu- i  
Sanc- to. †Ipsum.

 *In tertio nocturno.*

AS:59; 1519:57v; 1531:33r.<sup>19</sup>

7. Ant. VII.i.

3226.  N Dó-mi-no \* De-o su-o confí-sus fortis athlé-ta

In die sancti Stephani.

Stépha-nus lá-pi-dum fórti-ter sustí- nu- it ictus : et  
idcírco ad montem virtú-tum transmigrá- vit victo-ri-  
ósus. *Ps. In Dómino confido. (x.)* [19].

[33v.]

AS:59; 1519:57v; 1531:33v.<sup>20</sup>

8. Ant.

VIII.i.

4962.



I- ne má-cu- la \* be- á- tus Sté-pha-nus ingréssus

est Dómi-ne in ta- berná- cu-lum tu- um : et qui- a ope-rá-  
tus est ju-stí- ci- am, requi- és-cet in monte sancto tu-o.

*Ps. Dómine quis habitábit. (xiiij.)* [23].

In die sancti Stephani.

AS:59; 1519:57v; 1531:33v.<sup>21</sup>

2396. 9. Ant. VIII.ii.



Omi-ne \* virtus et le-tí-ci- a rectó-rum, Quó-  
 ni- am tu pre-ve-nís-ti di-léc-tum Ti-bi Stépha-num dono  
 gra-tú- i-te be-ne- dic-ti- ó-nis : Te primum se-cú-tus est  
 mor-te glo-ri- ó-se passi- ó-nis, Un-de cum co-ró-na marty-  
 ri- i De-dís-ti e- i vi-tam in sé- cu-lum sé-cu-li.

*Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].*

*V. Justus ut palma florébit. Non dicitur ulterius.<sup>22</sup>*

*R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.*

*Lectio [vij.] Sancti Evangelii secundum Mattheum. xxij. [34-39.]*



**I**n illo témpore,  
 Dicébat Jesus  
 turbis Judeórum, et  
 princípibus sacer-  
 dótum, Ecce ego

mitto ad vos prophétas et sapiéntes et  
 scribas : et ex illis occidétis et  
 crucifigétis, et ex illis flagellábitis in  
 synagógis vestris, et persequémini de  
 civitátem. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

**S**ancti Evangélii léctio narrat supérius quáliter Dóminus incredulitátem Judeórum redárguens, osténderit illos homicidárum esse filios, illórum vidélicet qui sanctos prophétas occíderant : ipsos quoque simília et étiam pejóra factúros denunciávit dicens, Et vos impléte mensúram patrum vestrórum. Ac si dixísset, Quod illis défuit vos implére cúpitis : quia illi persecúti sunt membra, vos caput persequímini. Illi occidérunt prophétas, vos autem ipsum Dóminum qui ab eis predicátus est : interficere cogitáti. Deinde annéxit que in presénti lectione dicúntur : in quibus osténdit unum Deum fuísse testaménti véteris et novi, dum dicit, Ecce ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribes. Quod tale est : ac si díceret, Ego qui

quondam misi ad vos prophétas et sapiéntes et scribes : idem ipse et nunc mitto prophétas et sapiéntes et scribes. Fuérunt enim in véteri testaménto, prophéte et sapiéntes et scribe : fuérunt et in novo. In véteri testaménto fuérunt prophéte : Esáias, Hieremías, et plures álii. In novo autem, Agabum et quátuor filias Phílippi lágimus prophetásse. Et omnis qui in ecclésia Dei futúras penas reprobórum, et prémia justórum prédicat : prophétiam núnctiat, et prophéta dici potest. Sapiéntes vero in Véteri testaménto fuérunt Móyses et Sálomon et álii : in Novo autem sancti apóstoli. Scribe quoque fuérunt in Véteri testaménto : sicut Esdras et Neemías, et in Novo sancti evangéliste, qui dicta vel facta Dómini nobis scripta reliquérint.

AS:59; 1519:68r; 1531:33v.<sup>23</sup>

7. Resp.

IV.



N-tu-ens \* in ce-lum      be-      á-tus      Stépha-

nus vi-dit gló-ri- am De- i et a- it. †Ecce ví- de-o

6984.

In die sancti Stephani.

ce-los a-pér- tos et Fí- li- um hómi- nis  
stan- tem a dextris vir-tú- tis De- i.  
6984a. *V. Cunque* aspí-ce-ret be- á-tus Stépha-nus in ce-  
lum : vi-dit gló-ri- am De- i et a- it. †Ecce.

*Lectio octava.*

**S**ed sicut patres infidélium Judeórum prióres, prophétas ad se missos occidérunt, ut Esáiam quem secuérunt, et Hieremíam quem lapidavérunt : ita et isti post passióнем Dómini perfidiam suórum patrum sequéntes, sanctos predicatorés ad suam correptionem destinátos, divérsis penis et mórtibus affecérunt. Petrum enim et Andréam crucifixérunt, Paulum et Jacóbum occidérunt : et beátum prothomártym Stéphanum, cuius hódie festum diem recólimus, lapidavérunt. Post infusiónem autem Spíritus Sancti cum Dómini resurrectiōnem

sancti apóstoli predicárent, et pópulum docérent, et plures ex eis baptizárent : cognoscéntes hec príncipes sacerdótum et indignántes, adduxérunt eos in suum consílium. Et flagellátis eis, comminántes denunciavérunt ne loqueréntur in nómine Dómini Jesu : quando ibant gaudéntes a conspéctu consílii, quóniam digni hábiti erant pro nómine Jesu contuméliam pati. Persecúti quoque eos de civitáte in civitátem fuérunt : quando expelléntes eos a Judéa, ad géntium dispersiónem transíre fecérunt. Requiréndum autem ab eis omnem justórum sanguinem dicit

Dóminus : A sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zacharíe filii Barachíe. De Abel quod justus fúerit, tam ex véteri testaménto, ubi ejus múnera Deo accépta fuísse memo- rántur : quam ex verbis Dómini in hoc loco approbátur : Zacharías autem iste a Joas rege eo quod

frequénter ab eo pro lege Dómini arguerétur, interféctus fuísse inter templum et altáre incénsi, quod a Salomón in pórticu constrúcum fúerat, in Regum libro légitur : et pro nómíne Joiáde patris ejus Barachías [34r.] scriptum habétur.


AS:60; 1519:68r; 1531:34r.<sup>24</sup>

8. Resp.  IV.

A-te-fácte sunt \* já-nu-e ce- li Chris-ti már-  
ty-ri be- á-to Stépha- no. †Qui in núme-ro sanctó- rum  
invén-tus est pri- mus : et í-de-o tri- úmphat in ce-  
lis co- ro- ná- tus. ¶ Vi-dit be- á-tus Stépha-nus  
ce- los a-pér- tos : vi-dit, et intro- í- vit. †Qui in.

7358.

7358b.



*Lectio ix.*



Mnium ergo beatórum mártý-  
rum Dóminus mentiónem

faciens, Abel et Zacharíam tantum  
commemoráre voluit : ut per Abel

innocéntem a fratre in agro interféctum, simples et seculáres fidèles, per Zacharíam vero pontíficem, propter annunciationem et veritatis testimónium in templo lapidatum, doctóres et magístri ecclésie designaréntur. Quorum sanguis ab eórum generatióne requiréndus esse prohibétur, ut quia malórum generatióni per imitatióne se sociavérunt : cum eis in judício puniántur. Sicut et qui bonórum generatióni digne vivéndo se partícipes fáciunt : in electórum sorte remunerári merebúntur. Plangit autem Dóminus Hierúsalem civitátem pietatis afféctu : non lapídibus et edificiis, sed habitatóribus loquens : sicut et álibi, quando videns civitátem flevit super illam. Repetítio autem nóminalis : confirmátio est locutiónis. Cum autem ómnia quecúnque voluit Dóminus fécerit in celo et [in]<sup>25</sup> terra : queréndum est, quómodo dicat se voluísse congregáre filios Hierúsalem et non congregásse. Quod tale est, ac si diceret, Ego volui : sed tu noluísti. Ego ad eruditiónem tuam prophétas misi : sed tu ex illis álium occidísti, álium lapidásti. Ego ex te incarnátus in te appáruí : tu

autem maliciosa voluntáte contra me sevire non timuísti. Cóngrue autem se gálline comparávit : propter mystérium videlicet sue passiónis vel nostre restauratióinis. Gállina enim avis est mansuetíssima, que quando pullos enútrit, totam se híspidam reddit, alas demíttit, vocem raucam emittit : et pro amóre vel salúte pullórum, morti se audácter objicit. Quod videlicet Dóminus in mistério nostre redemptiōnis implévit : quando pro humáni géneris salúte incarnátus, mitis et mansuétus inter homines appáruit. Alas depósuit : quando ad nostram eruditiónem duo testaménta destinávit. Et quasi totum se híspidum réddidit : quando in passióne (sicut Prophéta dicit) non habére spéciem vel decórem visus fuit. Vocem raucam emísit : quando in cruce pósitus, Deus meus Deus meus, ut quid me dereliquísti, ad Patrem clamávit. Et morti se pro salúte pullórum trádidit : quando ut humánum genus ab etéerna morte liberáret, et inventórem mortis diábolum superáret, carnis mortem suscépit.

*R. Sancte Dei preciöse. ut supra ad processionem 332. et dicatur cum sua prosa et cum Glória Patri. ab omnibus dyaconibus scilicet in ecclesia Sarum propter solennitatem dyaconorum. Alibi vero ut in ecclesiis parochialibus dicatur solummodo in processione ad*

In die sancti Stephani.

*vesperas : ubi vero non fuit processio facta ad vesperas tunc dicitur hec prosa ad matutinas suo loco in statione puerorum in supelliciis.*

*Similiter fiat de sancto Johanne, et de innocentibus.*

*Ante laudes.*

*V. Ora pro nobis [beáte Stéphane.]*

*R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.]*

**¶ In laudibus.**

AS:60; 1519:68v; 1531:34r.<sup>26</sup>

1. Ant.

VIII.i.



A-pi-da-vé-runt \* Stépha-num, et ipse invo-cá-bat

3576.

Dómi-num di-cens : Ne stá-tu-as il-lis hoc peccá-tum.

*Ps. Dóminus regnávit decórem. (xcij.) [45].*

AS:61; 1519:68v; 1531:34r.

2. Ant.

VII.i.



Api-des torréntes \* il-li dulces fu-é-runt : ipsum

3580.

sequúntur omnes á-nime juste. *Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].*

In die sancti Stephani.

AS:61; 1519:68v; 1531:34r.

3. Ant.  
VIII.i.

1271. 

Dhé-sit á- nima \* me- a post te : qui- a ca-ro me- a  
la-pi-dá-ta est pro te De- us me- us. *Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].*

AS:61; 1519:69r; 1531:34r.

4. Ant.  
VIII.i.

5028. 

Tépha-nus \* vi-dit ce-los a-pérto, vi-dit et  
intro- í-vit : be- á-tus homo cu- i ce-li pa-té-bunt.  
*Ps. Benedícite ómnia. (Daniel iiij.) [48].*

AS:61; 1519:69r; 1531:34r.

Ant.  
IV.v.

2554. 

C-ce ví-de-o \* ce-los a-pérto : et Je-sum stantem a  
dextris De- i. *Ps. Laudáte Dóminum. (cxlviij-cl.) [49].*

In die sancti Stephani.

*Capitulum. Actuum 6. [8.]*

**S**Téphanus plenus grátia et  
fortitúdine : faciébat prodígia et

signa magna in pópulo. [R.] Deo  
grátias.

AS:61; 1519:69r; HS:9v; 1531:34r.<sup>27</sup>

Hymn.

II.



Ancte De-i pre-ci-ó-se prothomártyr Stépha-ne,

Qui virtú-te cha-ri-tá- tis circunfúltus úndique : Dómi-num

pro i-nimí-co ex-o-rás-ti pópu-lo. 2. Funde pre-ces pro

de-vó-to ti-bi nunc collé-gi-o : Ut tu-o pro-pi-ci- á- tus

intervéntu Dómi-nus, Nos purgá-tos a peccá-tis jungat

ce- li cí-vi-bus. 3. Gló-ri- a et honor De-o úsquequo

al-tíssimo, Una Pa-tri Fi-li- ó-que íncli-to Pa-rá-cli-to,

830309.

In die sancti Stephani.




Cu- i laus est et po-tésta per e-térra sé-cu-la. Amen.

*V.* Justus germinábit [sicut lílum.

*R.* Et florébit in etérnum ante Dóminum.]<sup>28</sup>

AS:61; 1519:69r; 1531:34r.<sup>29</sup>

Ant.  
VIII.iv.  
3196.  M- pi- i su-per justum \* jactú-ram fe-cé-runt, ut e-  
um morti trá-de-rent : at il-le gau-dens suscé-pit lá-pi-des,  
um morti trá-de-rent : at il-le gau-dens suscé-pit lá-pi-des,  
ut me-re-ré-tur accí-pe-re co-ró-nam gló-ri- e al-le-lú- ya.

A continuation of the musical setting from the previous line, featuring four horizontal red staves with black square neumes.

*Ps. Benedíctus. 68\*.*

[34v.] *Oratio. Da nobis quésumus Dómine. 334.*

*Memoria de nativitate [Domini].<sup>30</sup>*

*Ant. Virgo hódie. 335.*

*V. Benedíctus qui venit. 322.*

*Oratio.* Concéde quésumus omnípotens Deus. 323.

¶ *Ad j.*

*Ant.* Lapidavérunt. 362.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (*lij.*) [95].

¶ *Ad iij.*

*Ant.* Lápides torréntes. 362.


*Ps.* Legem pone. (*cxvij. iij.*) [132].

*Cap.* Stéphanus plenus grácia. 364.

AS:61; 1519:69v; 1531:34v.<sup>31</sup>


Resp.

VI.



6775.

Ló-ri- a et honó-re co-ro-násti e- um Dómi-ne.




6775a.

†Alle- lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* ¶ Et consti-tu- ís-ti e- um su-per



ópe-ra má-nu- um tu- á-rum. †Alle- lú-ya. ¶ Gló-ri- a Pa-tri



et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto. Gló-ri- a et honó-re.

¶ Posuísti Dómine. *sine Allelúya.* [694].

*Oratio ut supra.* 334.

*Et dicuntur R.* super horas cum Allelúya. quotidie usque ad octavas epyphanie et in ipsis octavis.

¶ Ad vj.

*Ant. Adhésit.* 363.

*Ps. Defécit.* (cxvij. vj.) [141].

*Capitulum. Actuum 7. [55.]*

**C**um autem esset Stéphanus plenus Spíritu Sancto, inténdens in celum vidit glóriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei, et ait : Ecce vídeo celos apertos, et Fílium hóminis stantem a dextris virtutis Dei.

AS:69v; 1519:69v; 1531:34v.<sup>32</sup>

7413. Resp. VI.

**O**-su- ís-ti Dómi-ne su-per ca-put e-jus. †Alle-

7413a. lú-ya al-le-lú-ya. ij. ¶ Co-ró-nam de lá-pi-de pre-ci- ó-so.

†Alle- lú-ya. ¶ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-  
tu- i Sancto. Po-su- ís-ti.

¶. Justus ut palma. 357.

*Oratio ut supra.* 334.

¶ Ad ix.

*Ant. Ecce vídeo.* 363.

*Ps. Mirabília.* (cxvij. ix.) [150].

In die sancti Stephani.

*Capitulum. Actuum 7. [59.]*

**P**ositis autem génibus beátus Stéphanus clamábat<sup>33</sup> voce magna dicens, Dómine ne stáuas illis hoc

peccátum : et cum hoc dixísset, obdormívit in Dómino. *R.* Deo grátias.

AS:69v; 1519:69v; 1531:34v.

Resp.

VI.



Ustus ut palma flo-ré-bit in domo Dómi-ni. †Alle-

7061.

7061a.

lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* *V.* Si-cut cedrus Lí-ba-ni mul-tipli-

cá-bi-tur. †Alle-lú-ya. *V.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li-o :

et Spi-rí-tu- i Sancto. Justus.

*V.* Justus germinábit. 365.

*R.* Et florébit. *sine Allelúya.*

*Oratio ut supra.* 334.

*Omnes hore dicantur ante missam istis tribus diebus.*

**C** Ad vespertas.

*Ant.* Tecum princípium. 328.

*Ps.* Dixit Dóminus. (cix.) [311]. [*Ec. ut supra.*]<sup>34</sup>

*Cap.* Stéphanus plenus. 364.

*R.* Impetum fecérunt. 347.

*Hoc R.* [ad has vespertas]<sup>35</sup> a solo dyacono incipiatur ad gradum chori in capa serica : et suus versus [scilicet Stéphanus Dei.]<sup>36</sup> ab omnibus dyaconis cantetur in supelliciis ad

In die sancti Stephani.

*modum prose in statione puerorum.*

[*cum*]<sup>37</sup> *V.* Glória Deo. 348.

*Hymnus.* Sancte Dei precióse. 364.

*V.* Justus germinábit. 365.

AS:61; 1519:70r; 1531:34v.

4229.



Ant.  
VIII.i.

A- te-fá-c-te sunt \* já-nu-e ce-li Chris-ti márt-y-ri  
 be- á-to Stépha-no : qui in núme-ro sanctó-rum invéntus est  
 primus, et í-de- o tri- úmphat in ce-lis co-ro-ná-tus al-le-  
 lú-ya. *Ps. Magníficat.* 69\*.

*Oratio.* Da nobis quésumus. 334.

¶ *Memoria de nativitate.*

AS:62; 1519:70r; 1531:34v.

3652.



Ant.  
II.i.

Ux or-ta est \* su-per nos, qui- a hó-di- e na-tus  
 est Salvá-tor al-le- lú-ya.

In die sancti Stephani.

*XV. Verbum caro.* 305.

*Oratio. Concéde quésumus.* 323.

**C** Tunc convenient omnes sacerdotes in capis sericis cum cereis ardentibus<sup>38</sup> et sic eat processio ad altare apostolorum<sup>39</sup> per medium chori : cantando R. cantore sic incipiente.

Responsory. I.

AS:66; 1519:70r; 1531:34v.<sup>40</sup>

6913.

N mé- di- o \*ecclé- si- e a- pé-ru- it

os e- jus. †Et implé- vit e um Dó-mi-nus  
spí-ri-tu sa- pi- énti- e et intel- léc- tus.

Tres sacerdotes dicant.

6913a.

XV. Mi- sit Dómi-nus ma- num su- am et te-tí- git os  
me- um. †Et implé- vit.

*Et omnes sacerdotes simul dicant prosam.*

In die sancti Stephani.

AS:66; 1519:70v; 1531:34v.

Prosa.

I.



6913P.

Asci-tur ex patre Ze-bé-de-o : matre Ma-rí-a.

**C** Chorus ad unumquemque versum respondeat **A.** cum cantu versus predicti.<sup>41</sup>

**A.** **V.** Et vo-lat ante á-li-os : in Dómi-ni the-o-

ló-gi-a. **A.** **V.** Nómí-ne reque De-i grá-ti-a.

**A.** **V.** A-si- á-na vi-cit gymná-si-a. **A.**

**V.** Vas pe-ná-le. **A.** **V.** Jus le-tá-le. **A.** **V.** Pathmos

ex-í-li-a. **A.** **V.** Vo-cá-tur Chris-ti pre-sénti-a

se-nex ad conví-vi-a. †Et implé-vit.

In die sancti Stephani.

X. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu-  
i Sanc-to. †Et implé- vit.

*Non dicatur Glória Patri. ad hanc prosam<sup>42</sup> : sed dum prosa canitur thurifex sacerdos altare, deinde imaginem sancti Johannis et postea dicat sacerdos modesta voce.*

X. Valde honorándus est beátus Johánnes.

R. Qui supra pectus Dómini in cena recúbuit.

[*Iste versiculus dicatur per totas octavas ad memoriam de sancto Johanne, nisi quando ant. Valde honorándus. dicatur pro memoria : tunc enim dicatur versiculus In omnem terram exívit. &c. [651].*

Orémus.]<sup>43</sup>

*Oratio.*

Cclésiam tuam quésumus Dó- | illumináta doctrínis, ad dona  
mine benígnus illústra : ut beáti | pervéniat sempitérna. Per [Chris-  
Johánnis apóstoli tui et evangelíste | tum]<sup>44</sup> Dóminum.

*In reditu de sancta Maria [dicatur aliqua ant. vel R. Solem justicie. {93}. et redeat per medium chori per ostium occidentem sicut ad processionem sancti Stephani supradictum est.*

*Versiculus et oratio ut supra.*

*Duo sacerdotes in superpelliciis dicatur Benedicámus Dómino.]<sup>45</sup>*

C Ubi non<sup>46</sup> fit processio de sancto Johanne : tunc fiet in primis de eo memoria ante memoriam de nativitate, cum hac antiphona.

AS:62; 1519:71r; 1531:34v.<sup>47</sup>

Ant.

I.i.




5309.

Alde hono-rándus est \* be- á-tus Jo-hánnes : qui

In die sancti Stephani.

---



supra pectus Dómi-ni in ce-na re-cú-bu- it.

*XV. In omnem terram.* [651].

*Oratio. Ecclésiam tuam.* *ut supra.* 372.

[*Deinde fiat memoria de nativitate. Ant. Lux orta est super nos. ut supra.* 369.]<sup>48</sup>

**In die sancti Stephani. F. Ixiiij.**

Cpm Tu in  
nobis. Hy'  
Saluator.  
v. Custodi.  
nus in civitate dauid. ps. Cū inuocarē. Evovae. v. Custodi.  
Aña.

**A** Alle lu ya: verbum caro factum est alleluya: et habi-

tauit in nobis allelu ya alle lu ya. ps. **N**ec di. Preces. ac.  
**H**oc completoxiū nō mutatur usq; ad circuncisionē domini. Aña  
vero super psalmū **N**unc dimittis dicitur usq; ad vigiliā epyphante  
**C** Hac die sc̄z sancti Stephani totum officiū ad cōpleto. ad matut. ad  
missam et ad omnes horas huius diei celeb̄rant ipsi diaconi in hym-  
nis et antiphonis in lectionibus legendis et in responsoriis cantan-  
dis: oīnnia fiant p̄o voluntate eōrum diaconorum: tamen tabula  
scribatur sicut in alijs festis duplicitibus. Eodem modo faciat sacer-  
dotes in festo sancti iohannis apostoli: et pueri in festo innocentium  
**C** Nota q ab hac die chorūs est quasi irregularis usq; ad processio-  
ne in que fieri debet ad altare sancti thome martyris in festo sancto-  
rum innocentium. **C** In die sancti Stephani. Invitatoriū:

**C** hristum natum qui beatum ho di e coro nauit  
Stephanum. Veni te a doze mus. ps. Veni te.  
Hic sequēs cantus dicat in ocl. die si dñica nō fue. sup hunc psalmū  
Psalm'

**V**eni te ex. Hy'. Martyr de i qui vni cum. Aña.  
primo noct.

**B** eatus Stephanus iugi legis de i meditatione robo-

[Antiphonale-1519:64r.]

## Notes.

---

### Notes, pages 341-374.

<sup>1</sup> In AS:56. the clef indication for *Veníte* is incorrect. In 1519:64r. 'Stéphanum' is set GA.GF.EFEDD.

<sup>2</sup> 1519:64r.

<sup>3</sup> 1519:64v. has no flats. In PEN:9r. 'salutárium' is set A.G.A.GF.FG; 'plantátum' is set AB<sub>b</sub>.AG.AG. The first eight antiphons of this day form a series through modes I-VIII.

<sup>4</sup> In 1519:64v. 'fidéliter' is set F.G.F.FG. In BL-52359:38r. 'stúduit' is set FG.FE.D; 'perácto' is set AG.FE.DC. In PEN:9r. 'constitútus' is set C.DE.D.D.

<sup>5</sup> In BL-52359:38r. 'pópuli' is set GA.G.G.

<sup>6</sup> Fulganti Sermo de. *S. Stephano*, ad calcem Operum *Leonis Magni*, p. 527. [SB:cxcix.]

<sup>7</sup> In BL-52359:38v. 'Ingréssus' is set C.GAC.C; 'de aula' is set CB Ag.GCB. In PEN:9r. 'die' is set F.AC.

<sup>8</sup> AS:57. uses the C-clef in error for the first two lines. 1531:32v. has V. 'Stéphanus autem plenus'. AS:57. has 'multa in pópulo'. In AS:57. 'in' is set GAD. In 1519:65r. 'intuebántur' is set F.AB<sub>b</sub>.AB<sub>b</sub>.AB<sub>b</sub>.A.

<sup>9</sup> 1531:32v. has 'in plebe multa'. 1519:65v. has B<sub>b</sub> only in the V. 'Et testes'; 'faciébat' is set G.F.DC.D. In AS:57. 'civitátem' is set G.GF.GGFGGFFD.ED; 'Sancto' is set A.A. In BL-52359:139r. 'extra' is set GA.G; 'Dómine' is set A.GF.FGEFD. In BL-52359:39r. and PEN:9v. 'stantem vidébat' is set E.D C.D.D. In BL-52359:39r. 'dicébat' is set A.DEF.ED; 'Sancto' is set A.A. BL-52359:39r. and PEN:9v. have no flat at 'Saulus'. PEN:9v. has 'In plebe multa', set D.F.E D.C.—both the text and the music have been switched: compare the verse 'Glória Deo Patri'; 'aspiciébat' is set A.A.C.B<sub>b</sub>.A. In AS:57. BL-52359:39r. and 1519:65v. 'aspiciébat' is set G.A.C.A.A. In AS:57. and BL-52359:65r. 'Sancto' is set A.A. In 1519:65v. 'Sancto' is set BA.A. The edition follows PEN:9v. for 'aspiciébat' and 'Sancto'.

<sup>10</sup> 1519:65v.

<sup>11</sup> In 1519:66r. 'obdórmiens' is set G.G.G.GF; the F-clef would suggest B<sub>b</sub> at 'justítie seípsum tibi', and flats appear at the beginning of two lines; at 'letítia' B<sub>b</sub> appears. In BL-52359:39r. 'letícia' is set G.AB.A.G. PEN:10r. has flats. BL-52359:39r. and AS:58. have no flats.

<sup>12</sup> 1519:66r. indicates B<sub>b</sub> only at 'protectiónis' and 'Stéphanus'. Although AS:58. indicates B-flat from 'passióne' through to the end, including the Psalm-tone, PEN:10r. indicates no flat at 'passióne'. PEN:10r. sets 'nóminis' D.B.D.

<sup>13</sup> In 1519:66r. 'admiráble' is set B.D.E.D.C; no flat appears at 'magnificéncie'. PEN:10r. omits 'passus' and its music. No flat appears in PEN:10r. or in BL-52359:39v. but presumably the purpose of the transposition of this chant is to permit the flat beneath the finalis.

<sup>14</sup> 1531:32v. indicates 'Lectio tertia'.

<sup>15</sup> 'enim', SB:cciii.

<sup>16</sup> In 1519:66v. 'super' is set F.FACD. In AS:58. 'accípere' is set B.D.CD.DCBCBA.GACGAGGF. In 1519:66v. 'sanguínea' is set C.E.FE.D. In BL-52359:39v. 'super' is set G.GAC; fecérunt ut' is set DE.DC.BDCBCBAGAG AC; 'ille' is set Gd.D; 'corónam' is set

## Notes.

---

FAC.CBAADCDE.DBCDCBABCBA; 'Christi sanguínea' is set G.FEDE C.DE.FGFE.D; 'Perfecérunt' is set D.FE.F.G; 'occidérunt' is set G.A.C.D; 'lapidándo crudéliter' is set C.BC.BAA.GA FAC.CBAGAB.AG.G.

<sup>17</sup> In AS:58. 'invocántem' is set Fe.F.GAD.F. In BL-52359:39v. 'hoc peccátum' is set AGGF FGAB,GAG.EGFF.FE.

<sup>18</sup> In BL-52359:40r. 'secúntur' is set A.CDE.CACAAG; 'ánime' is set CDBCACEFED.CD.DCCAC; 'dignátus est' is set F.FFE.DC C.

<sup>19</sup> The transposition allows a major seventh above the finalis. In AS:59. this antiphon is notated an octave lower, using F and C-clefs. In AS:59. 'sustínuit' is set AC.CB.AG.ABA. In 1519:57v. 'montem' is set A.G. BL-52359:40r. begins the chant on G (untransposed) and uses F-natural throughout. In BL-52359:40. victoriósus' is set GA.B.A.G.G. PEN:10v. uses the G clef; 'montem' is set A.G. In Risby:15r. the rubric indicates the continuation of the psalm as if it were '*Ipsum.*': '*Rectores chori simul ext parte illa prosecuantur Psalmum hoc modo, Confido quómodo. et cetera.*' See also Frere, *The use of Sarum* II:34. This direction does not appear to be followed in other Sarum or non-Sarum sources.

<sup>20</sup> In AS:59. 'mácula' is set GC.AG.G; a note is missing at 'requiéscat'. In BL-52359:40r. 'Stéphanus' is set GA.AG.G; 'quia' is set A.G; 'monte sancto' is set G.GA AGF.GA.

<sup>21</sup> In AS:59. 'diléctum' is set A.AAG.F. 1519:57v. has 'letítia justórum'. In BL-52359:40r. 'quóniam' is set GC.B.D; 'secútus est' is set AB.B.AG G; 'glorióse' is set CB.A.A.GA; 'unde' is set GFF.FG.

<sup>22</sup> 'non plurimus.', 1519:68r.

<sup>23</sup> In AS:60. 'virtútis' has no B. In BL-52359:40v. 'apertos' is set A.ABCB.AGABA. BL-52359:40v. has no flat at 'stantem' or at 'virtútis'; 'beátus' is set G.GA.G. PEN:11r. has, besides the flat clef, a natural at 'vidit'; 'stantem' is set GAFFFDEFGACBAGFGAB,A.AG; 'no flat appears at 'virtútis'.

<sup>24</sup> 1531:34r. has 'in celo coronátus'. In 1531:34r. 'Stéphano' is set F.EGFF.EF. In BL-52359:40v. 'Stéphano' is set F.EGFF.EF; there are no flats. In PEN:11v. the repeat is to 'Et ídeo'.

<sup>25</sup> Brev. 1516:35v.

<sup>26</sup> In 1519:68v. 'illis' is set C.GE.

<sup>27</sup> In AS:61. 'prothomártyr' is set E.G.E.F; 'caritatis' is set G.A .GF.ED. In 1519:69r. the first half of the hymn is set a third too high since the clef is misplaced. In PHM:45. 'Amen.' is set DED.D. In BL-52359:41r. 'protomártyr' is set E.G.E.FE.

<sup>28</sup> 1519:69r.

<sup>29</sup> In AS:61. 'tráderent' is set AB.A.G; 'ille' is set GD.D.

<sup>30</sup> 1519:69v.

<sup>31</sup> In BL-52359:41v. 'ópera' is set G.F.F.

<sup>32</sup> In BL-52359:41v. 'Corónam de lápide' is st F.G.F. F. F.F.F.

<sup>33</sup> 'Pósitus autem génibus clamávit.' 1519:69v.

<sup>34</sup> 1519:70r.

## Notes.

---

<sup>35</sup> 1519:70r.

<sup>36</sup> 1519:70r.

<sup>37</sup> 1519:70r.

<sup>38</sup> '*cereos ardentes in manibus portantes*', 1519:70r.

<sup>39</sup> Peter and Paul.

<sup>40</sup> 1519:70v. in the prose 'vincens' appears in place of 'vicit'. AS:66. has no flat at 'Misit' or in the ¶. 'Glória Patri'. In BL-52359:45r. 'intelléctus' is set GA.GFGFED.DFEFE.ED. BL-52359:45r. has no flat at 'suam' or at 'Filio', and no natural at 'et'. PEN:15v. has no flat at 'suam' or at 'Filio'; 'meum' is set GFEFD.DFD CDE.

<sup>41</sup> While the rubric instructs the choir to sing on the vowel 'A' after each versicle, it may rather be appropriate to sing on the final vowel of each versicle in turn. I am grateful to John Hackney for this ingenious interpretation of the rubrics.

<sup>42</sup> '*processionem*', 1519:71r.

<sup>43</sup> 1519:71r.

<sup>44</sup> 1519:71r.

<sup>45</sup> 1519:71r.

<sup>46</sup> 1519:71r. omits 'non' and adds 'vero'.

<sup>47</sup> In 1519:71r. 'beá tus' is set A.B,A.

<sup>48</sup> 1519:71r.